



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

EMINENTISSIMO PRINCIPI  
MARCELLO  
LANTI  
S.R.E. CARDINALI  
AMPLISSIMO  
EPISCOPO OSTIENSI.  
ET VELITERO,  
SACRI COLLEGII DECANO.



IO. CAROLVS ANTONELLVS F.

**P**OSTREM A hæc Operis pars , vbi de  
recto subditorum tractatur regimine , iu  
publicam proditura lucem , tuo potissi  
mum debuit , & commendari patrocinio ,  
& nomini dedicari . Sanè in te nihil desi  
deratur , quod optimus Pastor præstar  
debet : tu iustitiae rigorem clementia , ac mansuetudine tem  
peras , pietatem , humanitatemque in omnes exerceas , pau  
perum

perum inopiam tua liberalitate ditas, cœterisque ad ecclœ,  
siam recte administrandam spectatis, vigilantisimè pro-  
uides altitudine ingenij tui, diuturna rerum experientia,  
atque admirabili peritia gubernandi. Quapropter eadem  
tua, qua omnes respicis, benignitas, me quoque excitauit  
ad lucubrationem hanc consecrandam tibi; quod etiam  
suisit singularis benevolentia, qua me semper prosequutus  
es, ac luculenta humanitatis tuæ argumenta, quibus me  
præ cœteris obstrinxisti, ut propterea diù optauerim, aliquod  
tibi memoris, ac grati animi indicium offerre. Hoc igitur  
opus meæ in te obseruantiaz pignus quantumvis exiguum,  
& grati animi qualecunq. testimonium benignus excipias,  
atque solitis tuæ virtutis radijs lustrare nè dedigneris.

Vale. Velitis Idib. Augusti 1650.

